



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCXLVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

scopi, in 4. par. a. nu. 103. vsq; ad nu. fi. Et circa hanc reg. vide plu-
ra de potestate episcopi per Aluarum Pelargum in suo lib. de pla-
ctu ecclesie, lib. ij. art. 21.

REGULA CCXLVI.

EPISCOPVS potest dispensare contra statuta synodalia.
Hanc reg. ponit Inno. in c. cum ad monasterium. nu. 4. de statu mo-
na. & ibi Cardi. in v. q. Lopus & Ioan. Andrae. quem sequuntur Ge-
minia. & Philipp. Franc. in c. licet canon. de elect. lib. vj. Idem Phi-
lipp. Franc. in c. vt animarum. in §. statutum de elect. lib. vj. Ioan.
And. Card. Zabarella in c. dilectus. de tempo. ordi. idem Car. in re-
pet. c. perpendimus. de senten. excom. Ioan. And. in regu. cui licet.
& in regu. qui tacet. de reg. iur. lib. vj. Collecta. in c. cum omnes. nu.
3. de consti. Ant. de Butrio in c. quæ in ecclesiarum. & ibi Imo. nu.
25. de consti. Panor. in c. at si clerici. in §. de adulteriis. num. 10. de
iudic. & ita dicit communiter teneri ibi Felin. nu. 6. Philipp. Deci.
ibi nu. 98. Iaf. in l. j. in §. fuit quæsitum. num. 9. ff. ad Trebel. Nicola.
Millæus in repet. in verb. dispensare. vers. dispensare potest contra
propriam. Et hanc opinion. dicit esse communem Anto. de Ro-
sel. in tract. de concilio: in dubitatione, an in simplici beneficio quod
habet ecclesiam parrochiale annexam, episcopus possit in eo di-
spensare. nu. 20. Mouentur supradicti doct. quia dispensatio faci-
lius permittitur quàm constitutio tollatur: nam legatus non potest
contra canones statuere. tamen dispensare potest, ita notanter con-
cludit Anto. de Butr. per gloss. fina. ibi in clem. ij. de rescript. quem
refert & sequitur ibi Ioan. de Imol. prout refert Philip. Dec. in d. §.
de adulteriis. nu. 100. sed episcopus potest tollere statutum suum, se-
cundum supradictos doct. ergo a fortiori. dispensare poterit. Hanc
opinionem dicit communem Petrus Rauennas in Compendio Iu-
ris canonici, in tit. de iudic. col. xvij. vers. sed solet dubitari. Philip.
Franc. in regu. cui licet. nu. 4. de reg. iur. lib. vj. Lancilo. Galiaula
in rep. l. centurio. col. xxxj. vers. breuiter responde. ff. de vulgar.
Licet contrariam opinionem teneat Archidia. in d. c. licet canon.
nu. 2. & 3. Innocen. sibi contrarias in d. c. dilectus. nu. 5. Card. Za-
barella sibi etiam contrarius in consti. cxxx. nu. 4. Mouentur præ-
dicti Doct. per Rub. ff. quod quisque iuris, & per c. cum omnes. de
constitut.

Hanc regulam ponit Bernard. de Luco in regula ccxlj. vbi li-
mitat eam duobus modis. Eandem regulam limitat dupliciter
Philip. Dec. in d. §. de Adulter. nu. 103. & aliis duobus modis Ro-
ma. in consti. 325. nu. 10. Eandem item regulam cum sex ampliatio-
nibus & duabus limitationibus, vbi notabiliter eam examinat, po-
nit Henricus Bothæus in tractatu de synodo episcopi, articu. iij.
nu. 1. cum sequentibus.

S. REGV.